Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mel

128

deus meus misit angelum suum et obclusit ora leonum et non nocuerunt
michi qm coram eo iustitia inuenta est in me Sed et coram te rex delicti non
feci Tunc rex uehementer gauisus est super eo et danielem precepit e
duci de lacu Eductusque est daniel de lacu et nulla lesio inuenta est in
eo qm credidit deo suo Iubente autem rege adducti sunt uiri illi qui
accusauerunt danielem et in lacum leonum missi sunt ipsi et uxores
et filii eorum et non peruenerunt usque ad pauimentum lacus donec arripe
rent eos leones et omnia ossa eorum comminuerunt Tunc rex darius scripsit
uniuersis populis tribubus et linguis habitantibus in uniuerso orbe
terrarum Pax uobis multiplicetur A me constitutum est decretum ut in uniuerso imperio et
regno meo timeant et paueant deum danielis Ipse est enim deus
viuens et eternus in secula et regnum eius non dissipabitur et potes
tas eius usque in finem Ipse liberator atque saluator faciens mirabilia
et signa in celo et in terra qui liberauit danielem de lacu leonum Por
ro daniel prosperatus est usque ad regnum darii et regis cyri pse.

Anno primo balthasar regis babilonis. V.
Daniel somnium vidit. Visio autem capitis eius in cubili suo
et somnium scribens breui sermone comprehendit summatimque
prosequens ait. Videbam in visione mea nocte et ecce quatuor uenti
celi pugnabant in mari magno et quatuor bestie grandes ascendebant
de mari magno diuerse inuicem. Prima quasi leena et alas habebat
aquile. Aspiciebam donec euulsae sunt alae eius et sublata est
de terra et super pedes quasi homo stetit et cor hominis datum est ei
et ecce bestia alia similis urso.
Et ecce stetit et tres ordines erant in ore eius dati est ei Et ecce bestia alia similis urso.
Et ecce stetit et tres ordines erant in ore eius et in dentibus eius et sic
dicebant ei Surge comede carnes plurimas. Post hec aspiciebam
et ecce alia quasi pardus et alas habebat quatuor sicut pennas
auis et quatuor capita erant in bestia et potestas data est ei Post
hec aspiciebam in visione noctis. et ecce bestia quarta terribilis
atque mirabilis et fortis nimis Dentes ferreos habebat magnos. comedens ac comminuens et reliqua pedibus suis conculcans
Dissimilis autem erat cunctis bestiis quas videram antea et habebat
cornua decem Considerabam cornua et ecce cornu aliud paruulum ortum
est de medio eorum et tria de cornibus primis euulsa sunt a facie
eius. Et ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto et os loquens
ingentia Et aspiciebam donec throni positi sunt et antiquus dierum